

universo principatus noster, qui est spiritualis per participationem, precellit ceteros, qui nullo dictorum modorum sunt spirituales.

Ista deductio confirmatur, primo quia melius est subici servato ^{a)} debito ordine rerum ^{a)} quam preesse ^{b)} ordine debito pretermissio, cum illud pertineat ad iusticiam et istud ad iniusticiam, illud ad prudentiam, istud ^{c)} vero ^{c)} ad imprudentiam; set debitus ordo rerum habet secundum premissa, ut temporalia spiritualibus subiciantur; ergo iste principatus, in quo talis ordo servatur, est optimus. Secundo quia aliter viget anima sensitiva in pueris et aliter in viris perfectis, quia in puero non est nata duci vel regulari a ratione, set proprio inpetu ferri, in viris autem perfectis est nata deservire et obedire superiori anime et tamen nobiliori modo est in homine perfecto quam in puero, et ita est ^{d)} in proposito, quia principatus noster est sicut anima sensitiva in viro, ceteri vero principatus, qui non obaudiunt ^{e)} spirituales ^{e)} principem ^{e)}, sunt sicut anima sensitiva in puero. Unde de talibus dicitur Iob 2: vanus erigitur in superbiam ^{f)} et tamquam pullum onagri se liberum natum putat ²⁹⁾. Tertio quia aliter versatur homo exterior in hominibus viciosis, aliter in virtuosis, unde ^{g)} in viciosis renuit subici homini interiori et vult dominari per ^{h)} se ipsum; in virtuosis autem hominibus subicitur totaliter iudicio rationis, et ideo sicut homo exterior meliori modo est in homine virtuoso quam in ⁱ⁾ vicioso ex tali subiectione, ita ^{k)} est in universo, cum principatus spiritualis sit ad modum hominis interioris ^{l)} et principatus temporalis ad modum hominis ^{l)} exterioris, melior est principatus ille ^{m)}, qui subicitur spirituali, quam ille qui non subicitur, de quibus dicitur 2. Petri ³⁰⁾: non quasi velamen habentes malicie libertatem, set ⁿ⁾ quasi servi Dei ⁿ⁾. Quarto quia aliter fuit portio rationis inferior in primis parentibus in statu innocencie et aliter est in nobis in statu nature lapse, quia in statu innocencie in homine inferiora ^{o)} obediebant superioribus omnino in omnibus secundum beatum ^{p)} Augustinum de civitate Dei; nunc autem in aliquibus obediunt inferiora superioribus, in quibusdam autem non

a) servato — rerum *fehlt* P 1. b) *statt* preesse: non subici P 2.
 c) et istud P 2. d) *fehlt* P 2. e) *so* P 1 P 2. f) *supernam* P 2.
 g) *fehlt* P 2. h) *super* P 1. i) *fehlt* P 1. k) *fehlt* P 2. l) *int.* —
 hominis *fehlt* P 2. m) *iste* P 2. n) *set* — Dei *fehlt* P 2. o) *-ore* P 1.
 p) *fehlt* P 2.

²⁹⁾ *Hiob* 11, 12.

³⁰⁾ *Vielmehr* 1. *Petr.* 2, 16.